



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt LXXXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

## CAPUT LXXXVII.

*Anhusium corruptè & vulgò Anhusium in  
d. Augustana.*

**D**Istat hoc monasterium quarto millia-  
ri ab Ulma Sueorum metropoli, &  
constructum est in honorem S. Martini  
Episcopi à Mangoldo Comite Palatino Tu-  
bingensi eiusque filiis, Gualtero Episcopo Au-  
gustano, Mangoldo, Adalberto & Udalrico Co-  
mitibus, sub annum Christi 1125. ut tradit  
Gaspar Bruschius in Chronologia monaste-  
riorum Germaniae.

1125.

Est & Anhusium cœnobium monachorum  
Ordinis Benedictini in Marchionatu Brande-  
burgensi fundatum anno Christi 958. in d.  
Aureatensi, ab Ernesto comite de alto Tru-  
hendingen eiusque Sororio Hartmanno Baro-  
ne de Lodenburg.

958.

**A**SPACHENSE monasterium, vulgò  
Aspach, in Bauaria.

**E**St istud cœnobium fundatum à Christia-  
na, vidua Geroldi Comitis, consecratum  
ab Ottone, Episcopo Babenbergensi anno  
1127. Auentinus in Annalibus suis ponit, Ge-  
roldum & christinam coniugem prætorium  
suum Benedictinis tradidisse. Pertinebat au-  
tem hoc monasterium iure Aduocatiæ, ad di-  
tionem

1127.

tionem *Fraunstan* & *Ering*, quæ olim ad Ecclesiam Bambergensem spectabant. Vnde superioribus annis, tempore *Vvillelmi* & *Ludouici*, *Ducum Bauariæ*, *Episcopi Bambergenses* prætendebant nescio quæ iura ad istud monasterium, volebantque *Prælatos* iura temporalia & *Episcopis* in feudum recipere annuamque pensionem soluere. Sed renuebant Princepes, & sub sua ditione ac protectione sicut ipsorum antecessores, retinuerunt. Ita *Huedius*.

## CAPUT LXXXVIII.

## S. ODOLPHI STAVRIENSE

*Monasterium, in Frisia Occidentali.*

**C**œnobium istud institutionem suam debet *B. Odulpho* presbytero, Orscoti in Campania brabantica nato; qui cum esset *Canonicus Ultraiectensis*, in *S. Salvatoris* basilica, à *B. Frederico*, eius urbis *Episcopo*, apud *Frisios* prædicante, circa annum Christi octingentesimum tricesimum, in Friesiam, ad hæresim Arianam, quâ tunc ea prouincia laborabat, extinguendam, & Catholica religionem propagandam, est euocatus. Itaque *B. Fredericus* ad suos rediens Stauriensim *Odulpho* Ecclesiam gubernandam commisit, qui ea in urbe, tum celeberrimo Friesæ emporio, insigne clericorum, seu *Canonicon* rum cœnobium instituit. *Canonicorum*, in-

quam,

Vita S. O-  
dulphi ex-  
stat apud  
Surium  
Ta. 3. Junij  
12.

An. 830.

